



INTRODUCTIO

In

THEOLOGIAM.

CAPUT I.

De

Nomine & distinctione Theologiæ in Naturalem & Revelatam.

I. Theologia, vi vocis, vel habitum vel orationem sive doctrinam de Deo denotat.



Theologia ut hodie, ita & olim apud antiquissimos Scriptores Græcos disciplina nomen, & ab *Aristotele* lib. VI. *Met. cap. I.* & lib. XI. *cap. VII. scientiis contemplativis* annumerata fuit. Quemadmodum autem disciplinarum nominibus commune est, ut primo & per se *habitum mentis* significant, ita & *Theologiam*, si ad usum loquendi respicias, quendam mentis *habitum*, & quidem *habitum differendi de Deo, & ea quæ Deo conveniunt, explicandi* primo & per se significare, vix dubium esse potest. Quin & vi etymi vox *Theologia* hanc sibi significationem vindicare videtur. Quamvis enim ex nominibus $\theta\epsilon\omicron\varsigma$ & $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$, inter se compositis, descendat: est enim abstractum, à concreto $\theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ derivatum; tamen sicut in concreto vox $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ suam nativam significationem nonnihil mutat, nec, ut extr compositionem, *sermonem vel rationem* significat:

A

$\Theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\varsigma$

Theol. ev. dogm.
92, 38